ZUSAMMENGESETZTE HANDSCHRIFT: GREGORIUS MAGNUS. PS. MARCILIA. PS. BOTO PRUVENINGENSIS

2. Hälfte 12. Jh. Seite 10r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36542
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



letatur. Ad honorē cor eleuat. rerum affluentium
habundantia exultat. mundi ergo lucrū querit. sub eius
honoris specie. quo mundi destrui lucra debuerunt. Cumq;
mens humilitatis culmen arripere ad elationē cogitat. quod
foras appetitur. in tus inmutat.

Sed plerumq; hi qui subire magisteriū pastorale cupiunt.
nonnulla quoq; bona opera animo proponunt. & quamuis
hoc elationis intentione appetunt. operaturos tam̄ se mag
na ꝑtractant. Itaq; ut aliud in imis intentio subprimat. aliud
subtractantis animo suꝑficies cogitationis ostendat. Nam
sepe sibi se mens ipsa mentitur. & fingit se de bono opere
amare qđ non amat. de mundi aū gloria n̄ amare qđ amat.

Que principari appetens fit ad hoc pauida cū querit. audax
cum ꝑuenerit; tendens enī ne non ꝑueniat trepidat. sed
repente ꝑueniens. iure sibi hoc debitū ad quod ꝑuenerit
putat. Cumq; percepti principatus officiū ꝑfrui secularitē
ceperit. libenter obliuiscitur quicqd religiose cogitauit.

Vnde necesse ē ut cū cogitatio extra usum ducitur. protinus
mentis oculus ad opera transacta reuocetur. ac penset
quisq; quid subiectus egerit. & repente cognoscit si ꝑlatus
bona agere que ꝓposuerat possit. quia nequaquā ualet
in culmine humilitatē discere. qui in imis positus n̄ desinit
suꝑbire. nescit laudem cum subpetit fugere. qui ad hanc
didicit cū deesset anhelare. Nequaquā uincere auariciā